



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCCIV. Markgraf Woldemar bestätigt dem Mecklenburgischen Kloster  
Eldena seine im Lande Perleberg, im Lande Lenzen und im Lande Grabow  
belegenen Besitzungen, am 30. April 1312.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCCCIV.** Markgraf Woldemar bestätigt dem Mecklenburgischen Kloster Eldena seine im Lande Perleberg, im Lande Lenzen und im Lande Grabow belegenen Besitzungen, am 30. April 1312.

Nos Woldemarus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, Lufacie atque Landesberghe; omnibus presens scriptum inspecturis uel audientibus salutem et omne bonum. Tenore presencium litterarum protestamur, quod Dominabus. in cenobio Eldena rite et rationabiliter vendidimus omnes proprietates seu libertates omnium suorum reddituum jacentium in terra parleberghe et in terra Lenzen et in territorio Grabowe pro quinquaginta quatuor marcis argenti, scilicet maiorem partem eidem amore dei erogauimus, redditus supradictos distinguendo, in uilla sconeuelte proprietates septem mans., in uilla bokwolte unius mans., in rauensmolen decem et octo modiorum siliginis, in uilla crawe sex mans., in uilla semelyn sex mans., in boberowe duorum mans., in mylowe quinque mans., in stefowe quatuor mans., in stapel quatuor mans., in uilla melle quatuor mans., in uilla warnowe quinque mans., in uilla bekentyn duorum mans., in uilla cyrsawe duorum mans., in ciuitate Grabowe decem mans., in uilla Hertesuelte septem mans., in uilla Poddendorpe unius mans. Et cum hoc proprietates totius uille maioris Wademesse cum omni libertate, secundum quod auus et proauus noster actenus habuerunt, et quicquid iuris in dictis bonis habuimus, in hiis scriptis integraliter resignauimus. Ut autem hec cartula maneat rata et inconuulsa a nostris successoribus, ad maiorem caucionem et certitudinem has litteras intuentibus nostro sigillo fecimus roborari. Testes huius rei sunt Noteke, noster Cancellarius, Droyseke dapifer, Conradus dictus de rederen, Hinricus pincerna, nostri fideles milites, et Redeke dictus de rederen famulus, Bernardus de Bock et quam plures fide digni. Datum et actum anno domini millesimo Trecentesimo duodecimo, In uigilia Apostolorum Philippi et iacobi in castro Tangermundis.

Nach Rudloff, Cod. dipl. histor. Megalop. II, 239. — Ueber die ursprüngliche Vertheilung der in dieser Urkunde genannten Dörfer und Gebungen an das benachbarte Mecklenburgische Kloster Eldena sind keine Urkunden erhalten geblieben, da das Kloster im Jahre 1291 von einer Feuersbrunst heimgesucht wurde, welche nicht nur die Kirche, das Kloster, den Bauhof und die Wirtschaftsgebäude bis auf den Grund in Asche legte, sondern auch die Privilegien des Klosters verzehrte. Vgl. die deswegen erfolgte Confirmation des Klosters durch den Bischof von Rügen vom Jahre 1291 in Rudloff's Cod. I, 135.

**CCCCV.** Breue des Papstes Clemens V. an den Erzbischof von Magdeburg und an die Bischöfe von Brandenburg und Merseburg, worin er ihnen befiehlt, die Besitzungen des Tempelherrn-Ordens in der Ballei Brandenburg dem Johanniter-Orden einzuräumen, vom 2. Mai 1312.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Magdeburgensi, et Brandenburgensi ac Merseburgensi Episcopis, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Ad providam Episcopi Vicarii Presidentis in specula Apostolice dignitatis circumspectionem pertinet, vices penlare temporum emergentium, negotiorum causas discutere ac Personarum attendere qualitates, ut ad singula debitum dirigens necessarie